

onem: ipsiusque traditione per iudam tra-
ditorem: et de sanatione serui: cui absci-
dit petrus auriculam.

Laudo et glorifico te dñe ihesu xpe: ppter magnam angustiam qua cor tuum in hac nocte preoccupatum erat: quoniam iudas traditor tuus ad te venit: et cum eo missi erant a principibus et senioribus sacerdotum querentes te cum gladiis et fustibus et lateribus. Sed tu voluntarie precessisti eis obuiam dicens. **Quem queritis?** Respondentibus illis iesum nazarenum dixisti. Ego sum. Illi hoc audientes: et splendorem diuini luminis: qui radiabat de oculis tuis: ferre non valentes abire: uincunt retrosum et ceciderunt in terram. Sed tu immensa pietas perstitisti. Iterum eis dicens. **Quem queritis?** At illi Ihesum nazarenum. Respondisti mansuetissime. Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Tunc iudas unus ex duodecim electis tuis confestim accedens ait. **Aue rabi.** Et osculatus est te. Et ipso osculo tradidit te in mortem. **Re-**

pleuit ⁊ inebriauit te amaritudine. **S**tu auctor pacis ⁊ amator: nō dedignatus es os tuū: in qđ dolus nō venit: apponere ori pleno dolo ⁊ fallacia: patienter ⁊ humiliter suscipiēs osculū pacis: quod sciebas eū in corde non habere. **E**t veteris amicitie ammonuisti eū dicens: amice ad qđ venisti? **E**t inter hec vnus ex tuis percussit pontificis seruū: ⁊ abscidit auriculā eius dexterā. **E**t dixisti. Mitte gladiū tuum in vaginam, ⁊ tangens auriculā eius sanabas eū.

¶ De derelictiōe Iesu in manu hostili: ⁊ fuga discipulor: deq; dira comprehensione alligatiōe ⁊ deductione eius ad Annā sacerdotem. ⁊ Cayphā: ⁊ de percussione ⁊ cōspuione eius.

Gracias tibi ago dñe Iesu crister: ppter magnam pietatē tuam: qua nos abire fecisti: qz tunc fugerūt omnes amici tui: relinquentes te solū. **E**t iudas ad uersarius tuus sicut leo in silua dedit rugitum cōtra te dicens. **C**ongregamini ⁊ sperate ad deuorandum illum. **E**t